

prout alias exigeret excessuum qualitas predictorum, set benignitatem et mansuetudinem cum eis uolumus exercere deuocione debita recognoscant et predicta 70
que illis scribimus infra sex mensium spatium post monicionem huiusmodi sic efficaciter studeant adimplere quod exinde diuinam obtinere gratiam uberius mereantur. Nosque qui huiusmodi negocium cordi non mediocriter gerimus pos-
simus eorum deuocionem merito commendare nec aliud in predictis adhibere 75
remedium compellamur. Quidquid autem circa hoc duxeritis faciendum et qualiter dux et commune predicti se habuerint in predictis nobis per uestras litteras harum serie[m] continentes fideliter intimare curetis. Quod si forsitan uos ambo hijs exequetis non potueritis interesse alter uestrum ea nihilominus exequatur.

Datum Pictauio IIII kalendas Junij pontificatus nostri anno secundo. 79

7

Εἰς ἀπάντησιν τῆς προηγουμένης Παπικῆς Βούλλας ἡ Βενετία ἐξουσιοδοτεῖ τὸν Δουκικὸν γραφέα Δονᾶτον Κελδεράριον ἢ Δονᾶτον Λαμπάρδον, ὅπως προέλθῃ εἰς συνεννοήσεις μετὰ τῶν πληρεξουσίων τοῦ Πάπα καὶ δηλώσῃ εἰς αὐτοὺς, ὅτι τὰ ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων Μυλοποτάμου καὶ Καλαμῶνος ἀναφερόμενα εἶναι ψευδῆ καὶ δόλια ὡς πρὸς τὴν συνθήκην Βενετίας καὶ Ἀλεξίου Καλλέργη καὶ ὅτι δὲν εἶναι ἀληθές ὅτι διὰ ταύτης ἐστερήθησαν τῶν ἐπισκοπῶν τῶν καὶ τῶν κτημάτων τῶν, διότι οὗτοι εἶχον ἀπολέσει ταύτας ἀπὸ μακροῦ χρόνου, καὶ ὅτι αἱ συμβάσεις ἐγένοντο τῇ ἐπινεύσει τοῦ ἀρχιεπισκόπου Χάνδακος καὶ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων. Ἐὰν δὲ δὲν ἐπανῆλθον εἰς τὰς ἐκκλησίας τῶν, τοῦτο ὑπῆρξε λάθος αὐτῶν. Τῆς ἀδίκου ταύτης κατηγορίας γίνεται ἡ ἔφεσις πρὸς τὸν Πάπαν ἐν ὀνόματι τῆς Βενετικῆς Αὐθεντίας*. 1307, Σεπτεμβρίου 7.

Commemoriali Liber I. F^o 129^{to}.

Regesti dei Commemoriali Vol. I. N^o 331.

Instrumenta facta occasione litterarum domini Pape missarum domino Duci pro Episcopatibus Calamonensi et Milopotamensi.

8

Δουκικά γράμματα Βενετίας πρὸς τοὺς πλησίον τοῦ Πάπα πρεσβευτάς της. Παραγγέλλεται εἰς αὐτοὺς ὅπως ἐκθέσωσι τὰς μεθόδους, δι' ὧν ἡ Βενετία ἠδυνήθη νὰ χαλιναγωγήσῃ καὶ δαμάσῃ τοὺς σχισματικούς Ἑλλήνας ἐπαναστάτας, οἱ ὅποιοι εἶχον κυριεύσει τὴν νῆσον Κρήτην. Τὰ γράμματα ἀναφέρονται εἰς τὴν σύστασιν τῶν 230 στρατιωτικῶν τιμαρίων, διὰ τὴν προικοδότησιν τῶν ὁποίων ἐκουσίως συνετέλεσαν καὶ οἱ κληρικοί, καὶ εἰς τὴν ἀνέγερσιν ὀχυρωμένης πόλεως, δι' ἣν ἐπίσης οἱ κληρικοὶ συνετέλεσαν. Εἰς ἐπίμετρον τονίζεται, ὅτι ἀδίκως κατηγορήθη ἡ Βενετία ὅτι ἠδιαφόρησεν εἰς ἀπόφασιν τῆς Ἀγίας Ἐδρας, σχετικῶς πρὸς διαμάχας μελῶν τινῶν τοῦ κλήρου τῆς νήσου, διότι ὅσοι ἀπέδειξαν ἢ θὰ ἀποδείξωσι τὰ δικαιώματά των ἐνεκατεστάθησαν ἢ θὰ ἐγκατασταθῶσιν εἰς τὰ κτήματά των. Ὡς πρὸς τὰς ἐσχάτως γενομένας συμβάσεις μεθ' Ἑλλήνων, ἡ Βενετία εἶχε καθῆκον νὰ ἐπιφέρῃ διόρθωσιν ὅπως δῆποτε, ἀφοῦ ἡγωνίσθη ἐπὶ δεκαοκταετίαν καὶ εὗρίσκετο εἰς ἐμπόλεμον κατάστασιν πρὸς τοὺς Γεννοναίους. 1309.

* Ἐδημοσιεύθη ὑπὸ Φλαμινίου Κορηγίου, ἐν «Creta Sacra» τομ. II. σελ. 304.



Commemoriali Libro I. F^o 144^{to}.

Regesti dei Commemoriali Vol. I. pag. 97. N^o 419.

1 Millesimo trecentesimo IX.

In facto infrascripto et ipsius facti noticia dominus dux et Commune Veneciarum plurimum consolantur quod sanctissimus Summus Pontifex et Romana Ecclesia cognitionem plenam habeant et ueritatem et cognitionem sciant et culpent culpanda et laudanda laudent quod tale est quoniam temporibus antecessibus longe decursis insula Cretensis Episcopatus et Ecclesie et earum possessionum bona et iura occupata fuerunt et erant per hereticos scismaticos rebelles fidei et Veneciarum hostes, contra quos ciuitas Veneciarum in fauorem defensionem et augmentum fidei et reformationem sue quietis et status intendens uiriliter insurrexit et magnis impensis laboribus et expensis umiliter impugnando tandem ipsam insulam recuperauit et omnes Episcopatus et Ecclesias et earum possessiones et bona de hostium potestate in libertatem et quietem reduxit. Tunc autem quia ex tanta hostium multitudine potenti non potuit radicitus extinguere malicia, quin aliqui remanerent, contra quos necessaria erat deffensio continua que pertinebit ad deffensionem terre tam laicorum quam Episcopatum et Ecclesiarum et bonorum ipsarum prouida deliberatione fuit prouisum et statutum ut milicie CCXXX in ipsa insula constituerentur per quarum milites habendos in illis deffenderentur recuperata et Episcopatus et Ecclesie et bona earum conseruarentur et hostium malicia premeretur. Et quia ad horum militum et deffensorum ponderi et expensas temporalia bona non superabant nec continuare poterant sine suffragio multo prouisum fuit prouidentibus et assencientibus etiam prelatis et clericis quorum tutela et negocium augebatur quod de quolibet Episcopatu modo predicto ad fidem et libertatem reducto possessiones darentur et date fuerunt et deputate certe possessiones ad ipsarum Ecclesiarum tam pium negocium tuendum et proseguendum, que nec sunt occupata per laicos nec in eorum negocijs si recte conspicitur consumitur set in utilitatibus et negocijs Ecclesiarum ueraciter applicatur et talli ordine et prouisione necessaria fuit eadem insula quantum potuit ad fidem et statum et cum utilitate Ecclesiarum reducta et conseruata et quia eadem Insula sic est per situs disposita quod non posset totaliter ab hostibus extirpare quando munitiones et receptacula hostibus remanerent continua fuit et est necessaria prouisio et deffensio supradicta. Et ut solidius tam pia intencio Venetorum confoueretur adeo iurisdictionem ipsius tocius insule a marchionibus Montisferati per adquisicionem imperij Romanie factam per eos et eis competentem, commune Veneciarum per pecuniam adquisiuit et in isto titulo in ipsa iurisdictione consistit.